

de magistris primis tocius nature secundum illud XII. Metaphysice: *Natura nichil operatur nisi ut rememorata ab intelligentiis et superioribus* 40 *causis*⁵⁾; et ibidem: Ab hoc ente, scilicet deo, *dependet celum et tota natura*⁶⁾, hec Aristotelis et Averrois¹⁾ respectu metaphysice. Secunda pars est¹⁾ mathematica, que est de domibus et habitaculis talium principum, scilicet de causis seu speris celorum quoad aliquam sui partem, quia mathematica est de magnitudine in communi, ad continuam et discretam. 45 Tercia pars eciam phylosophie dicitur physica, id est naturalis sciencia, que est de scabellis principum eorundem, scilicet de elementari regione et de hiis, que in illa continentur. Quamvis enim physica determinet eciam de celis, tamen hoc non est profunda speculatione et undiquam, sicut facit astronomia; et pro maiori parte physica est de naturalibus 50 rebus undiquam sumptis.

Sed aliis partibus phylosophie pretermissis ad presens intendimus de mathematica, que est duplex, scilicet pura et mixta. Pura est, que non commiscetur naturali; et hec est duplex, quia vel est de magnitudine continua et sic dicitur geometria, que dividitur in almetriam et plani- 55 metriam et consimiles; vel est de magnitudine discreta, sic dicitur arismetica, que est de numero, que dividitur in theoricam et practicam, et habet^{k)} multos tractatus in utraque parte antiquorum et modernorum. Sed media seu mixta mathematica est, que est media inter mathematicam et physicam, ut patet per Aristotelem secundo Physicorum⁷⁾, et est duplex, quia 60 subalternatur geometrie vel arismetice. Si geometrie^{l)}, sic habemus perspectivam, que est de magnitudine continua visuali vel ad visualitatem contractam; que visualitas est condicio naturalis et ergo mixta dicitur vel media, cum subiectum eius sit complexum ex subiecto geometrie quadam condicione naturali. Si autem sit subalternata arismetice, sic 65 habemus musicam, que est de numero sonorum. Et adhuc superest astronomia, que eciam subalternatur geometrie⁸⁾, que est de magnitudine

i) et Averrois am Rand eingefügt

j) vero [?] gestr.

k) habet nachgetragen

l) geometriam Hs.

⁵⁾ H a m e s s e, Auctoritates, Metaphysica Nr. 281, S. 138: *Natura nihil facit, nisi rememorata a causis superioribus quae sunt deus et intelligentiae*; vgl. Metaphysik XII, Komm. 18, gedr. Opera, Bd. 8, fol. 305 E.

⁶⁾ H a m e s s e, Auctoritates, Metaphysica Nr. 266, S. 137: *A primo principio dependet caelum et tota natura* (Metaphysik XI c. 7, 1072 b 13—14).

⁷⁾ Physik II, gedr. Aristotelis Opera cum Averrois commentariis, Bd. 4 (1562) fol. 53v ff.

⁸⁾ Vgl. Konrads „Tractatus de mortalitate in Alemannia“, hg. von S. Krüger (zit. Text-Anm. 1) S. 875: *geometria, quamvis superior et subalternans astrologiam*...